baptizanduſ. Baptizator dnm
agnoſcit. Indignum ſe ſoluendi cal
ciamenti corrigiam confitetur.
Iam inde caeci inluminantur. ſurdiſ
aperitur auditus. Loquuntur mu
ti. mundantur leproſi. ſtringun
tur paralitici. conualeſcunt langui
di. reſurgunt mortui. Iam qui
dem in uerbi illiuſ per quod facta
ſunt omnia conparatione diuitia
rum agnoſco paupertatem. Sed
quam longe adhuc a cinere & fle
tu cum potu. Adhuc timeo dice
re ipſe eſt. & tamen uolo. Sunt
hic enim qui me cogant uelle ⁜
Ipſe eſt. & non eſt ipſe. Iam in
forma ſerui eſt. Iam mortalem
fragilemq; carnem portat. Iam
moriturus aduenit. & tamen non
dum intellegitur in hac egeſtate.
Cinerem tamquam panem mandu
caui. & fletum meum cum potu
miſcebam. Addat ergo paup
tatem paupertati: et tranſfigu
ret in ſe corpuſ humilitatiſ nrae.
Sit caput nrm. ſimuſ membra eiuſ:
ſint duo in carne una. Iam enim
ut in primituſ pauper eſſe & formã

⁜ & rurſum quidam qui me cogant timere.

ſerui accipienſ. dimiſit patrem.
Quod autem de uirgine natuſ eſt.
dimittat & matrem. & hereat uxo
ri ſuae: & ſint duo in carne una.
Ita enim erunt duo. & in uoce una.
Et in illa una uoce iam non mirabi
mur nrãm uocem: Cinerem tã
quam panem manducaui. & potu
meum cum fletu miſcebam. Dig
natuſ eſt enim habere noſ mẽbra.
Sunt & paenitenteſ in membriſ eiuſ.
Non enim excluſi & ſeparati ſunt
ab eccleſia eiuſ. nec omnino ſibi ad
iunger — & coniugem: niſi illa uo
ce: Agite paenitentiam adpropin
quabit enim regnum caelorum.
Iam ergo audiamuſ. quid ore & ca
put & corpuſ. ſponſuſ & ſponſa.
Xpſ et eccleſia. utrumq; unuſ.
Sed uerbum & caro. non utrumq;
unum. pater & uerbum utrumq;
unum. Xpſ et ecta. utrumq;
unuſ quidam uir perfectuſ. in for
ma plenitudiniſ ſuae. Donec oc
curramuſ omneſ in unitate fidei:
In agnitionem filii di. In uirum
perfectum. in menſuram aetatiſ
plenitudiniſ xpi; Sed donec oc

i. ſ unũ ſed unuſ

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 166, p. 5 – Fifth volume of a six-volume commentary on the Psalms by St. Augustine (http://www.e-codices.ch/en/csg/0166/5)